



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestria duo**

Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestre alterum -  
Cum Indicibus

**Strauch, Johann**

**Jenae, 1674**

Cap. III. Ad capit. VIII. de Procuratoribus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10241**

nialibus per procuratores & *attornatos* suos in eorum tribunali-  
bus agere liceret. *cap. periculoso. §. porro. de Stat. regul. in 6.* Sed  
cur Universitas Parisiensis hanc licentiam à Pontifice, quàm Re-  
ge, potius petebat? Excusat id Alteserra, sed non persuadet.

## CAP. III.

## Ad capit. VIII. de Procuratoribus.

## S U M M A R I A.

- |                              |                  |
|------------------------------|------------------|
| 1. Honorius III. Egitanensi. | 4. Capitulum IX. |
| 2. Edigita, Idigita.         | 5. Mutina.       |
| 3. Textus integratio.        | 6. Capitulum X.  |

**H**onorius III. rescribit Egitanensi Episcopo. Critici Gre- *Honorius*  
goriani variam, non veram hic observant lectionem, III. *Egita-*  
*nensi.* Egitanensi. Edigita, Idigita, Igadita, urbs Episcopalis,  
sub Metropolitana Bracarensi, quæ sedes inde Guardiam in *Edigita,*  
finibus Lusitaniæ, patriam Regis Wambæ, translata est. Textus *Idigita.*  
ita ab initio habet in compilatione V. *Auditis & intellectis, quæ Textus in-*  
*fratris Johannis Colobriensis, & Bartholomæi Egitanen. Canonico-*  
*rum.* Dubitat Innoc. Cironius, utrum Colobria hæc sit Montanges,  
an Conimbria, cum Episcopatus Hispaniæ sæpe immutati fuerint.

In cap. IX. rescribitur M. & R. Canonicis Mutinensibus. *Capitulum*  
tina urbs Episcopalis sub Archiepiscopo Bononiensi, Ducatus ti- *IX.*  
tulo nobilis *Ducato di Modena, seu Il Modenese.* Memoratur *Mutina.*  
hoc capitulo, quod Mutinensis iste Episcopus, qui erat Wilhel-  
mus, in Livoniam profectus fuerit, jussu Honorii ad confirmandos  
Neophytos Livonos, quos Waldemar Rex Danorum anno 1218.  
ad fidem converti fecerat.

In cap. X. Mulier Nobilis D. de Massa, Lucanæ diœceseos *Capitulum*  
contraxit filii sui nomine cum Ubaldò cive Pisano, nomine filia *X.*  
hujus Ubaldi. Sed cum nobilis illa D. forsitan nollet perficere  
promissum, Ubaldus eam detinuit. Pontifex mandat, ut liberam  
eam dimittat.

## CAP. IV.

Ad capit. I. De his, quæ vi metusve causâ  
fiunt.

N

S U M